est, contraxerimus, datur nobis actio adversus eum, qui institorem tabernæ, Exercitorem vero qui navi magistrum præposuit.
Quod, si aliquid fcil. *cum eo, qui in alterna utpote patris vel domini potestate est, negotium gestum esse dicetur* actiones quæ sequuntur, nobis competunt, *vel de peculio*: Peculium erat prisci temporibus partienla quædam gregis: nam a pecore peculium dicitur, quam parentes suis filiis, domini suis servis industriæ exercendæ causa concedebant: nunc vero summa quædam est pecuniæ eadem de causa concessa & a paternis dominicisque rationibus (e)xcepta, *sive quod ipsum, aut de ea rem versa* 26. Itaque si cum filio aut servo sine voluntate patris aut domini eorum aliquod negotium gesserо, nihilque in res parentis aut eorum domini necessarias verſum erit seu impensum, mihi dabitur in patrem vel dominum, de peculio actio, ut fcilicet ab eo debitum eatenus consequar, quatenus peculium patitur: neuter vero mihi tenebitur ultra vires peculii. Si vero aliquid in rem eorum verſum erit, id totum præstare tenebuntur actione de in rem verſo, sed & in solidum adversus eos actio dabitur, si eorum *jussu* cum eorum vel filio vel servo contraxero: quoties enim ita contraho, fidem eorum secutus videor, & directo ab illis condici poterit, ac si principaliter cum illis negotium gestum esset.
An ut per alios obligari, ita per eosdem, alios obligare possumus.
- *Per quas personas nobis acquaritur* 27. per easdem etiam, per eos, quos in potestate habemus, servos usufructuarios & bona fide a nobis possessos &c.

Contraria seu exceptiones quædam adversus obligationes & condictiones, quæ ipsas obligationes aut enervant aut minuunt.
- *Ad SC. Macedonianum* 28. quo quis prohibetur mutuum dare filiofam. ne filii onerati ære alieno, & creditis pecuniis, quas sæpissime in luxurias consumunt, vitæ parentum insidiantur, ideoque hujus SC. exceptione cum ipse filius tum ejus parens adversus creditorem mutuum condicentem, defenduntur.
Ad SC. Velleianum 29. cujus exceptione utitur mulier (& ejus heres) adversus creditorem, cui se pro alio ream fecit. Adhæc adhuc tamen heres in quibusdam casibus Velleiano non juvatur.
De non numerata pecunia 30. Iisdemque contingit cautiones scribta creditoribus ipse futuræ numerationis (quæ tamen postea facta non fit) dari: ideoque quoties id evenit, vel obligationem condicere vel exceptionem opponere de non numerata pecunia possumus.
De compensationibus 31. quæ oppositæ plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur quam ei debeatur, nostraque potius interest debitum compensari quam solvi, eiusque compensatio debiti & crediti inter se contributio. Habet locum in iis tantum obligationibus, quæ constant pondere, numero & mensura.

Accessiones seu incrementa obligationum.
- *De usuris* 32. terrenis. In solo mutuo consistunt usuræ.
  - *De nautico fœnore* 33. quod majus est terreno, propter incertum maris periculum, quod in se recipit trajectitiæ pecuniæ creditor.

Hic realit ad aliam speciem contractus, qui re perficitur, de quo post nonum hujus lib. Titulum commodius dixiffet.
Depositi vel contra 34. is apud quem res deposita est, re obligatur, teneturque actione depositi ad rem, quam accepit, restituendam.

Consensu. Contractus, quos diximus re constare, non subsistunt nisi res intercesserint. His autem, de quibus dictum fumus, solus sufficit consensus, ex quo etiam nascuntur: etsi autem consensus sit de natura omnium contractuum, per se tamen ac solus nusquam sine alio adminiculo parit & obligationem & actionem, quam in iis, quæ sequuntur. In quibus neque scriptura neque præsentia opus est, ac ne dari quicquam necesse est, ut subsistantiam capiat obligatio.
- *Mandati vel contra* 35.
  - *Si servus extero se emi mandaverit* 36.

Pro socio 37.
De contrahenda emptione & venditione 38.
- Quæ res vendi possunt, & non.
  - *De hereditate vel actione vendita* 39.
  - *Quæ res venire possunt, & qui vendere vel emere vetantur* 40.
  - *Quæ res exportare non debeant* 41. ad Barbaros scil.
  - *De Eunuchis* 42. quos vendere & emere non licet.
  - *De patribus, qui filios suos distraxerunt* 43. ob nimiam paupertatem, alias vendi non possunt.

Contraria, & pugnantia.
- *De rescindenda venditione* 44. altero contrahentium invito, cujus rescissionis multæ causæ hic enumerantur.
- *Quando locat ab emptione discedere* 45. ex mutua scilicet contrahentium voluntate.
- *Si propter publicas pensitationes*, id est, tributa, *venditio*, bonorum debitoris, *fuerit celebrata* 46. & minus justo pretio, in debitorum frandem consecutum fuerit, rescinditur venditio, obtata fisco pensione debita.
- *Sine consensu vel reliquis fundum comparari non posse* 47. alias si quis fundum censum debentem emat aut vendat ea lege, ne onus census emptorem sequatur, rescissa venditione emptor pretium, venditor fundum amittet, utroque in ærarium redacto, ut ex Cod. Theod. notavit dodiff. Cujac.

De periculo & commodo rei venditæ 48. ad quem pertineat? fcil.
De actionibus empti & venditi 49.
- *Si quis altero vel sibi sub alterius nomine vel alienæ pecuniæ emerit* 50.
  - Cui fcilicet & acquiritur & actio dabitur?

De rebus alienis non alienandis & de prohibita rerum alienatione, vel hypotheca 51.
De communium rerum alienatione 52.
Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione 53.
De pactis inter emptorem & venditorem compositis 54. quæ solent legem dare emptionibus. Iuntque vel
- Expressa.
  - *Si servus exportandus veneat* 55. id est, ut aliquo ex ea urbe vel provincia ubi veniit, moveatur.
  - *Si mancipium ita venierit, ne prostituatur* 56. & profitutum fit contra venditoris voluntatem, venditor mancipium revocare potest: si vero consenserit, mancipium libertatem consequetur.
  - *Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur vel contra* 57.
- Tacita.
  - *De ædilitiis actionibus* 58. Duæ sunt actiones, quæ emptori competunt; Redhibitoria, qua agit emptor ad rescindendam venditionem ob morbum vitiumve latens rei venditæ, quod nesciebat: vel quia res empta, alia est tradita quam dicta & promissa cum veniret, & quanto minoris, qua emptor petit ut venditor ei solvat id, quanto minoris res valuerit cum eam emeret.

De monopoliis & conventu negotiatorum illicito vel artificio ergelaborum, hi sunt qui opus conducunt faciendum, *nec non balneatorum prohibitis & pactionib. illicitis* 59.
De nundinis & mercationibus 60.
- *De vectigalibus*, propter merces solvendis. *& commissis* 61. id est, confiscandis rebus venalitiis, quarum professio apud publicanum facta non erit.
- *Vectigalia nova instituì non posse* 62. civitatis decreto sine Principis autoritate.

De commerciis. Commercium est onus mercatorum pro facultate exercendi commercii, portorium est onus mercium, *& mercatoribus* 63. alii legunt mercibus ab omnibus solvendis etiam ab iis, qui sunt ex domo Imperatoris.
De rerum permutatione & præscripti verbis 64. Sic dicta, quia datur ex conventione, uti præscripta est.
De locato & conducto 65.
De jure emphyteutico 66. quod veluti medium est inter emptionem & locationem, eltque contractus, quo domus vel fundus desertus & inculus datur colendus sub anna quadam & certa pensione.

LIB. V.

Nuptiæ, sive matrimonium, & de omnibus conventionibus inter maritum & uxorem & earum conventionum accessoriis.
- *De sponsalibus, & arrhis sponsalitiis, & proxeneticis* 1. id est, de modo præmii impositio iis, qui nuptias conciliant.
  - *Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitias dederint arras* 2.
  - *De donationibus ante nuptias*, olim ita vocabantur, *vel propter nuptias*, quæ hodie ita dictæ sunt, *& sponsalitiis* 3. muneribus scil. quæ a sponso sponsæ vel contra dabantur.

De nuptiis 4.
- *De incestis & inutilibus nuptiis* 5.
- *De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem seu curatorem filiumve eorum* 6.
- *Si quacunque præditus potestate vel ad eum pertinentes ad suppositarum jurisdictioni suæ adstrare tentaverint nuptias* 7. puniuntur pœnis hoc tit. comprehensis.
- *Si nuptiæ ex rescripto Principis petantur* 8. ab iis, qui alias nec parentum consensum nec puellæ habent, bonorum amissione & pœna deportationis puniuntur.
- *De secundis nuptiis* 9. ad quas si mulier intra annum luctus convolat, fit infamis.
- *Si secundo nupserit mulier, cui mariti usumfructum reliquit* 10. usumfructum amittet, quem liberis restituere cogetur, & in rebus illi donatis ante nuptias solum usumfructum consequetur.

De dotis promissione & nuda pollicitatione 11.
- *De jure*, id est, obligatione, natura, causa, conditione *datium* 12. quod competit marito ad ipsam dotem condicendam, retinendam, fruendam.
- *De rei uxoriæ actione*, ita apud veteres vocabatur, *in ex stipulatu actionem*, qua sola hodie utitur uxor vel ejus pater pro dote repetenda ac recipienda, *transfusa & de natura dotium præfita* 13. Dotibona mariti tacite obligantur, & ad eam restituendam condemnari debet in quantum facere potest, quæ actio in heredes uxoris tranfit. Qua de re infra tit. 18. quxdam dicturus est.

Exceptiones marito competentes ad dotem integram non reddendam.
- *De pactis conventis tam super dote quam super donatione ante nuptias, & paraphernis* 14. Paraphernæ sunt eæ, quæ præter dotis causam ab uxore ad maritum deferuntur.
- *De dote aucta*, quam fcil. marius confessus est sibi numeratam, *non numerata* 15.

De donationibus inter virum & uxorem, conflante matrimonio fieri prohibitis, *& paratitlus in liberas factis*, in potestate fcil. *& de ratihabitione* 16. earum donationum in testamento facta, quæ tunc valere incipiunt.
De repudiis & judicio de moribus sublato 17. quo fcil. olim agebatur de moribus ejus, qui cuilam divortio dedisset.
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur 18. supra inceperat tractare de dotibus, quarum explicationem hic perfequitur.
- *Si dos constante matrimonio soluta*, id est, refuta uxori a marito sine causa legitima, *fuerit* 19. non valebit refusio, quinimo maritus eam cum fructibus repetet.
- *Ne fidejussores (vel mandatores) datium*, qui fcil. fidejubeant dotem a marito bene conservandam, *dentur* 20.
- *Rerum amotarum* 21. uxori post divortium dotem repetenti maritus res quasdam sibi ab eadem fuisse amotas objicere potest, quo nomine maritus earum compensationem petet.
- *Ne pro dote mulieris bona quandam maritis addicantur id est in solutum dentur* 22.
- *De fundo*, æstimato scil. *dotali* 23. Si fundus in dotem æstimatus marito datus fit, uxor vel fundum vel ejus æstimationem eliget.

Divortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant 24.
- *De alendis liberis ac parentibus* 25. quoties unus eorum verſatur in summa paupertate, alter vero dives est.

De concubinis 26.
- *De naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus causis justi efficiantur* 27.

Ex quasi contractibus: cum antea dixerimus de Jure publico & juris privati civilis præparatoriis & actionibus quæ in judiciis privatis exercentur, eas actiones quoque esse vel vindicationes vel condictiones, has item constare ex contractibus: fupereft altera species quasi contractuum explicanda, ex quibus condictiones etiam competunt. Sed quia interruptus ordo materiarum in fequentibus apparet (ut lectori commodius consulatur) hæc quasi contractuum species omissa, in hoc, quæ sequuntur capita futuras sequentium librorum quæstiones sic distinximus.

De Tutorum, Curatorum, & Pupillorum mutuis negotiis gestis, cum eorum accessoriis.

Species Tutelæ & Tutorum.
- *De testamentaria tutela* 28.
- *De confirmando tutore* 29. Testamento quidem dato, sed non jure, ut a patre filio emancipato, aut a matre vel extraneo.
- *De legitima*, quæ scil. a lege defertur, *tutela* 30. agnatorum.
- *Qui petant*, id est, petere possunt, *tutores vel curatores* 31. a Prætore, vel a Præside? Qui cum pupillo vult litigare creditor, libertus patris pupilli, mater ejusdem, & ea negligente cognati.
  - *Ubi petantur tutores vel curatores* 32. Ubi pupillus trahit originem, vel majorem partem facultatum habet, vel domicilium.
  - *De tutoribus & curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum* 33. id est, qui tutores dare & dari hujusmodi personis possunt.
  - *Qui dare*, in genere & omnibus pupillis, *tutores vel curatores possunt & qui dari non possunt* 34.
  - *Quando muller*, id est, mater & avia, *tutela officio fungi potest* 35.
  - *In quibus casibus tutorem vel curatorem habenti tutor vel curator dari potest* 36. quando scil. unus bonis pupilli administrandis sufficere non potest, aut cum tutor reip. causa abest, vel cum remotus est vel relegatus.

Administratio tutorum.
- *De administratione tutorum vel curatorum & pecunia pupilli faneranda vel deponenda* 37.
- *De periculo tutorum vel curatorum* 38. id est, quarum rerum teneantur tutores vel curatores ob tutelam curamque gestam.
- *Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possunt* 39.
- *Si* (an) *ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel unus agere pro minore vel conveniri possit* 40. quando alii negligentes sunt, unus agere potest, administratione autem divisa a reliquis vel Judice, non debet unus pro rebus ad alterius administrationem pertinentibus conveniri.
- *Ne tutor vel curator vectigalia conducat* 41. cum fcil. tutelam exercet vel nondum redditis rationibus, ne fcil. pluribus in solidum bona sua obliget (quod est species falsi.)
- *De tutore vel curatore qui satis non dedit* 42. cum fatisdare teneretur, is removetur ab administratione aut ad fatisdandum compellitur.
- *De suspectis (tutoribus vel curatoribus)* 43. qui ab administratione removentur ex causis hoc tit. enumeratis.
- *De in litem*, ut eam administret, *dando tutori*, olim enim dabatur, *vel curatore* 44. quo jure hodie utimur.
- *De eo, qui pro tutore negotia gessit* 45. pro tutore negotia gerit, qui tutor non utiliter nominatus est.
- *Si mater indemnitatem promisit* 46. id est, periculum administrationis in se recepit, ejus tutoris, quem filiis suis dari postulavit, an & quomodo teneatur.
- *Si contra matris voluntatem* testamentariam *tutor datus sit* 47. filio, a tutela removebitur.
- *Ut causa post pubertatem adsit tutor* 48. Ut eam scilicet defendat, nisi fi curatori instrumenta reddiderit.

Ubi pupilli educari debeant 49. apud matrem, nisi ad fecunda vota transierit, alias Judex arbitrabitur.
- *De alimentis pupillo præstandis* 50. a tutore etiam fi de statu ejus pendeat quæstio, quorum taxatio a Judice peti potest: quæcunque autem tutor juste eo nomine impenderit, imputabit.

Actiones ex causa tutelæ provenientes.
- *Arbitrium tutelæ* 51. id est, de actione tutelæ, appellatur autem arbitrium, quod hujus judicii potestas fit in arbitrio judicantis, qui excultis tutelæ rationibus, ex bona fide statuat, quid tutorem pupillo præstare aut restituere oporteat.
- *De dividenda*, a Judice vel divisa a defuncto, *tutela*, *& pro qua parte quisque tuturno conveniatur* 52.
- *De in litem*, id est, in id quod sua interest, *jurando* 53. a pupillo, etiam in heredem tutoris.
- *De hereditibus tuturum vel curatorum* 54. conveniendis a pupillo & quatenus ei teneantur.
- *Si tutor vel curator non gesserit* 55. tutelam vel curam, quomodo, quando & quo nomine convenietur.
- *De usuris pupillaribus* 56. pupillo a tutore solvendis ex ejus pecunia, quam in usus suos convertit.
- *De fidejussoribus tuturum vel curatorum* 57. a pupillo actione ex stipulatu conveniendis.
- *De contrario judicio tutelæ* 58. quo tutori pupillus tenetur.

Quid liceat pupillo sub tutoribus.
- *De autoritate*, a tutoribus, *præstanda* 59. iis, quæ a pupillis aguntur: nam fine tutore non possunt actionem remittere, esse in Judicio criminali, & ita vendere, ut emptor præscriptionem acquirat, ut autem autoritas præstita conleatur, sufficit, unum ex tutoribus eam præstitisse.

Quando tutores vel curatores esse desinant 60. si is, cui quis adjunctus datus est, tutor esse desinat, non voluntate pupilli.
De actione de tutore (seu curatore) dando 61. pro rebus scil. pupilli pertendi.
De excusationibus (tutorum & curatorum) & de temporibus earum 62.
- *Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit* 63.
- *Si tutor vel curator reip. causa abierit* 64.
- *De excusationibus veteranorum* 65.
- *Qui numero liberorum se excusant* 66.
- *Qui morbo se excusant* 67.
- *Qui ætate se excusant* 68.
- *Qui numero tutelarum* 69.

De curatore furiosi vel prodigi 70. licet majoris.
De prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis 71.
- *Quando decreto*, Prætoris vel Principis, *opus non est* 72.
- *Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit* 73.
- *Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit* 74.
- *De magistratibus*, idem dicendum est de æstimatoribus patrimonii pupilli, *conveniendis* 75. in eos pupilli habent regressum, excussis tamen prius tutoribus, collegis & fidejussoribus.

LIB. VI.

De jure Dominorum in servos.
- *De servo fugitivo & libertis, mancipioque civitatum, artificibus & ad diversa opera deputatis, & ad rem privatam vel dominicam pertinentibus* 1.
- *De furtis & servo corrupto* 2.

De jure patronorum in libertos, de quo latius *infra lib.* 7. dicetur.
- *De operis libertorum* 3.
- *De bonis libertorum, & jure patronatus* 4.
- *Si in fraudem patroni a libertis alienatio facta sit* 5.
- *De obsequiis patrono præstandis* 6.
- *De libertis & eorum liberis* 7.
- *De jure annulorum aureorum, & de natalibus restituendis* 8.

De jure successorum in bona defuncti, suntque successores vel
Prætorii, qui bonorum possessores dicuntur.
- *Qui admitti ad bonorum possessionem possint & intra quod tempus* 9.
- *Quando non petentium partes petentibus accrescant* 10. quoties unus ex iis quibus bonorum possessio defertur, vel tempore vel repudiando excluditur a bonorum possessione, ejus pars aliis accrescit.

Species.
- Ex testamento.
  - *De bonorum possessione secundum tabulas* 11. defuncti scil. si modo justæ ac legitimæ fuerint, quæ datur a Prætore omnibus scriptis heredibus.
  - *De bonorum possessione contra tabulas, quam Prator liberis pollicetur* 12.
  - *De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis libertisque eorum datur* 13.
- Ab intestato.
  - *Unde liberi* 14. debatur emancipatis, quos Prætor ad patris hereditatem admitti voluit, cum illis, qui in patria potestate manserant.
  - *Unde legitimi*, id est agnati, *& unde cognati* 15.
  - *De successorio edicto* 16. Si primi gradus agnati vel cognati omittunt vel repudiant hereditatem, eam transmittunt ad subsequentes.
  - *De Carboniano edicto* 17. quo liberis a patre in testando præteritis, & quibus fit controversia de statu, bonorum possessio datur contra tabulas, dilata status eorum controversia in pubertatis tempus.
  - *Unde vir & uxor* 18.

De repudianda bonorum possessione 19.
De collationibus 20. emancipati & alii liberi a patre in testamento præteriti bonorum possessionis partem a cæteris liberis & suis & legitis avocant. An autem cogantur conferre ea bona, quæ patre communi moriente habuerunt, hic explicatur.

Ex jure civili qui heredes dicuntur, suntque heredes vel
Ex testamento.
- *De testamento militis* 21. qui fcil. testatur jure quodam singulari, cum alii, de quibus mox dicetur, jure communi testentur.
- *Qui testamenta facere possint vel non* 22.
- *De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur* 23.
  - *De hereditibus instituendis, & quæ persona heredes instituì non possunt* 24.
    - *De institutionibus & substitutionibus & restitutionibus sub conditione factis* 25.
    - *De impuberum & aliis substitutionibus* 26.
    - *De necessariis (servis) heredibus instituendis vel substituendis* 27.
    - *De liberis præteritis vel exheredatis* 28.
    - *De postumis heredibus instituendis vel exheredandis vel præteritis* 29.

De jure deliberandi & de adeunda vel acquirenda hereditate 30.
De repudianda vel abstinenda hereditate 31.
Quemadmodum testamenta aperi antur, inspiciantur, & describantur 32. id est, intimentur.
De edicto D. Adriani tollendo, quo cavebatur, ut is qui se in possessionem mitti vellet, tricesimam hereditatis reipublicæ daret, & *quemadmodum scriptus heres* hodie *in possessionem mittatur* 33.

Ex quibus causis hereditas alicui aufertur.
- *Si quis aliquem testari prohibuerit vel cogerit* 34.
  - *De his, quibus ut indignis hereditates auferuntur*, quales sunt ii, qui non vindicarunt mortem defuncti, quæ res minoribus tamen non nocet, *& ad SC. Silanianum* 35. quo cavetur ne ejus hereditas adeatur, qui interfectus est, antequam habita fit quæstio de servis, qui sub eodem tecto morantes domino vel periclitanti vel interfecto auxilium non præstiterunt.

Ex Codicillis.
- *De Codicillis* 36.

Ex quibus causis hereditas minuitur.
De legatis 37. legatum est donatio quædam a defuncto facta, ab herede præstanda.
- *De verborum*, ad legata scil. pertinentium, *& rerum significatione* 38.
- *Si*, in discedendo, *omissa sit causa testamenti* 39. ab herede qui ab intestato vel alio modo hereditatem possidere maluit, ut ita evitaret onera legatorum: adverſus eum dabitur utilis actio perinde ac si ex testamento adiisset.
- *De indicta viduitate & lege Julia Miscella*, quæ legata ex ea causa comprobat, *tollenda* 40.
- *De his, quæ pœne nomine in testamento vel codicillis (scribuntur vel) relinquuntur* 41.

De fideicommissis 42. quoties Testator heredem rogat, ut quid cui det, fidei committere dicitur. Et fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, fed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur.
Communia de legatis & fideicommissis & de in rem missione tollendis 43. ut hodie sufficiant legatariis actiones personales, in rem, & hypothecariæ.
- *De falsa causa adjecta legato vel fideicommisso* 44.
- *De his, quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur* 45.
- *De constitutionibus insertis tam in legatis quam in fideicommissis & libertatibus* 46.
- *De usuris & fructibus legatorum seu fideicommissorum* 47. quibus legata & fideicommissa augeri solent.
- *De incertis personis* 48.
- *Ad SC. Trebellianum*, quo legata universalia minuuntur 49.
- *Ad legem Falcidiam* 50. qua legandi potestas, quæ leg. 12. Tabularum infinita erat, imminuta est, caveturque ne plus legare liceat, quam dodrantem bonorum, ut five unus heres inftituatur five plures apud eos easve pars quarta remaneat, & quidem hæc lege particularia legata minuuntur.
- *De caducis tollendis* 51. Caduca legata sunt, quæ jure quidem relicta sunt & quidem personæ capaci, fed quæ poft mortem teftatoris ab eo ob aliquam caufam in fifcum cadunt, unde caduca dicta funt, quod fifco cedant.
  - *De his* liberis in infinitum fcil. *qui ante apertas tabulas* patris teftatoris defuncti *hereditatem transmittunt* 52. in poſterum, ita ut talis hereditas non fit caduca: nam lex Papia voluerat diem legatorum cedere, non a morte teftatoris fed ab apertis tabulis. Ideoque lege Papia qui inter mortem teftatoris & apertas tabulas decedebat, ejus legatum caducum fiebat.

Quando dies legati vel fideicommissi cedit 53.
Ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quando latisdari debeat 54.

Ab intestato. Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id quod fecerat ruptum irritumve factum est: aut si ex eo nemo heres existerit. Ex qua causa jure civili hereditates deferuntur iis personis, quæ sequuntur.
- *De jure & legitimis liberis*, Sui heredes existimantur, qui in potestate morientis & vivente patre quasi domini rerum hereditariarum fuerunt, *& ex filia nepotibus ab intestato venientibus* 55.
- *Ad SC. Tertyllianum* 56. quo nunc aviæ & matres etiamsi ter enixæ non sint aut quater, ad liberorum etiam vulgo quæsitorum legitimam succesionem vocantur, poft fratres & sorores defuncti filii.
- *Ad SC. Orphitianum* 57. quo liberi matribus & aviæ ab intestato succedunt.
- *De legitimis heredibus* 58. poft suos heredes aut quasi suos leg. 12. tabul. ad agnatum proximum pertinet hereditas. Sunt autem agnati cognati per virilis sexus personas quasi a patre connati.

Communia de successionibus 59. quæ jure Prætorio & civili deferuntur. Fratri autem emancipato alter emancipatus cum altero non emancipato succedit. Privigno autem viticus, noverca privignus, ancillæ cum qua contubernium fecit dominus, educato is qui educavit, non succedunt. Advenis peregrinis, fcripti ab iis heredes, vel ab inteftato proximi, non eorum hospites: fi defint proximi, Epifcopis tradantur, ut in pias caufas erogentur.
De bonis maternis, a matre fcilicet filio fuo datis vel relictis, *& maternis generis* 60. quæ ab avo & avia, proavo & proavia maternis ad eum, qui eft in poteftate patris, deferuntur: in iis pater habet folum ufumfructum, eaque in Judicio perfequi poteft.
De bonis, quæ liberis in potestate patris constituti ex matrimonio vel aliter acquiruntur & eorum administratione 61. patri competente.
De hereditatibus decurionum, qui fi ab inteftato moriuntur nullis relictis heredibus, fifcus illis non fuccedet, fed curia in qua erant (*navicularorum*, quibus corpus naviculariorum, *cohortalium militum*, erant Præfidis Provinciæ officiari, quibus cohortales ejusdem provinciæ *& Fabricensium*) 62. qui verſabantur in publicis fabricis, quibus alii collegæ fifco exclufo fuccedebant.

LIB. VII.

De jure dominorum in fervos & Patronorum in libertos, de quo nonnulla fuperius dixit libro fuperiori a tit. 3. ad finem octavi. In hac quæſtione explicanda confideramus
- Manumissionem ipsam.
  - Species.
    - *De vindicta [libertate]*, apud prætorem & præfidem, *& apud comitium* Principis *manumissione* 1.
    - *De testamentaria manumissione* 2.
      - *De lege Fusia Caninia tollenda* 3. qua certus modus fervis manumittendis conftitutus erat, hodie vero cuique licet omnes fervos teftamento libertate donare, cum & hoc quisque inter vivos facere poffit.
      - *De fideicommissaria libertatibus* 4. his verbis fieri potest, ROGO FHERESTSTICHUM SERVUM MEUM MANUMITTAS.
  - Effectus.
    - *De dedititia libertate tollenda* 5. Olim non omnes qui manumittebantur, cives Rom. fiebant: non eam quam manumittentes libertatem consequebantur, ut Dedititii ex lege Sentia.
    - *De Latina libertate tollenda*. qui ita manumittebantur ex lege Julia Norbana, liberi quidem vitam fuam peragebant, ipfo tamen ultimo fpiritu fimul animam atque libertatem amittebant, & quafi fervorum ita bona eorum manumiffores detinebant. Dicebantur Latini & Juniani, *& per certos modos in civitatem Romanam*, ut nunc eadem manumiffio libertas competat quam habet manumiffor, ftatque civis Romanus, *transfusa* 6.
  - Objecta.
    - *De communi servo manumisso* 7. fervus plurium feu communis, fi ab uno dominorum manumittitur, non ut jure antiquo, alteri domino accrefcit, nec libertatem ab altero domino acquiftam amittit: alteri tamen domino pars ejus pretii dari debet, atque ita fervus plene manumitti.
    - *De servo pignori dato manumisso* 8. an & quomodo manumitti hujusmodi fervus poffit.
    - *De servis Reipubl. manumittendis* 9.
    - *De his, qui a non dominis manumissi sunt* 10. hi non conſequuntur libertatem ifti manumiffione.

Qui manumittere non possunt & ne in fraudem creditorum manumittatur 11.

Qui non possunt ad libertatem pervenire 12. damnati ad perpetua vincula, & prohibiti a testatore ne manumitterentur.
Pro quibus causis servi pro premio libertatem accipiunt 13. quoties felicet necem Domini vindicarunt, fallitatem monetæ, raptum virginis, militiæ desertorem detulerunt.
De ingenuis manumissis 14. non sunt libertini: natalibus enim non officit manumissio.
Communia de manumissionibus 15. quæ sunt vel a proprietario vel usufructuario, & quo modo ita manumissus libertatem consequitur.

Ipsam actionem liberalem.
De liberali causa 16. quæ status & præjudicialis dicitur, per quam quæritur, an aliquis liber vel servus.
De assertione tollenda 17. si quis ex servitute in libertatem proclamaverit per se, ipse Dominum sese potest asserere, non tamen procuratorem dare. Qui autem ex libertate in servitutem, utrumque facere potest, neuter eorum tamen tenetur hodie aliquem proferre, a quo in libertatem asseratur, propter asserioris reperiendi difficultatem.
Quibus ad libertatem proclamare non licet & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur 18. His, qui se vendi passi sunt ad pretium participandum, servi effecti propter delictum infigne, & qui descendunt ex latronum familia.
De ordine cognitionum 19. Quæstioni status interdum alia quæstio adjungitur, quod cum evenit, de statu servi prius quam de crimine, quod object, & de libertate prius quam de hereditate cognosci debet.
De collusione detegenda 20. de quo dixi in Digestis, *lib.* 40. *tit.* 16.
Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur 21.
De longi temporis præscriptione, qua pro libertate & non adversus libertatem opponitur 22.
De peculio ejus, qui libertatem meruit 23. inter vivos manumissus peculium suum acquirit si non fit ademptum, testamento manumissus non acquirit nisi nominatim datum fuerit.
De SC. Claudiano, quo mulier libera servi alicujus cupidine & amore capta e natalium suorum ingenuitate in servitutem deducebatur, *tollendo* 24. neque enim quod ab hostium feroci tate contra libertatem naturalem inductum est, ad libidinem nequissimorum hominum inferri placet.
De nudo jure Quiritium tollendo 25. apud quosdam dominos nudum jus Quiritium vel tantum in bonis repertur. Qui servi usucapti, in jure cessi, mancipati erant, ex jure Quiritium servi erant, & manumittendo cives Romani fiebant: qui vero traditi ex causa emptionis non mancipati vel cessi, ii erant in bonis emptoris, venditoris vero ex jure Quiritum, quia servi emptori acquirebant ex omnibus causis, ut his notavit Cujacius.

De jure acquirendi per usucapionem.
Causæ usucapionum.
De usucapione pro emptore vel pro transactione 26.
De usucapione pro donato 27.
De usucapione pro dote 28.
De usucapione pro herede 29.
Communia de usucapionibus 30. colonus quia non sibi sed domino possidet, non præscribit, res fisci usucapi non potest, mala fides defuncti nocet successori.

Formæ.
De usucapione transformanda, melius dixisset reformanda, *& de sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi* 31. usucapionem tantum in Italicis solo rebus veteres admittebant, & eam quidem biennii spatio: mobilium vero anno: in provincialibus vero excludebant. Hanc primam partem reformat Justinianus, nec patitur rem ullam immobilem vel soli præscribi nisi decennio, vicennio, tricennio, mobilem vero nisi triennio, itque in provincia quoque, si modo bona fides adfuerit.
De acquirenda & retinenda possessione 32. id est, per quas personas & quomodo acquiratur.
De præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum 33.
In quibus causis cessat longi temporis præscriptio 34.
Quibus non objicitur longi temporis præscriptio 35.
Si adversus creditorem præscriptio, longi temporis scilicet, opponatur 36.
De quadriennii præscriptione 37.
Ne res dominicæ, id est, Cæsaris, Reip. vel *temporum vindicatio temporis præscriptione*, quantumvis longi temporis fcil. *submoveatur* 38. id est, impediatur.
De præscriptione triginta vel quadraginta annorum 39.
De annali exceptione Italici contractus, quem circa multæ altercationes oriebantur, *tollendo & de diversis temporibus & exceptionibus & præscriptionibus & interruptionibus earum* 40. olim personales actiones in provinciis perpetuæ erant, nec præscribebantur: in Italia anno præscribi poterant. Hodie anno tricesimo præscribi debent, non tamen interrupto.

De jure acquirendi per alluvionem.
† *De adventitiis & paludibus & pascuis ad alium statum translatis* 41.

De jure acquirendi per sententiam, per quam etiam mittimur in possessionem, quæque inter genera possessionum numeratur. *Sententiæ* autem sunt earum personarum, quæ sequuntur.
De sententiis Præfectorum Prætorio 42.
Quomodo & quando Judex sententiam proferre debeat, præsentibus partibus vel una parte absente 43.
De sententia ex periculo, alii legunt ex breviculo, *recitandis* 44. non enim sufficit sententiam describi, nisi legatur, periculum hic significat libellum aut tabellam in qua sententia præscripta erat.
De sententia & interlocutionibus omnium Judicum 45.
De sententia quæ sine certa quantitate profertur 46.
De sententiis, quæ pro eo quod interest proferuntur 47. in omnibus casibus qui certam habent quantitatem, hoc quod interest, dupli quantitatem non debet excedere: in iis qui incertam, non licet in infinitum computationem reducere, sed Judex requiret quod revera damnum sit: nam hæ pœnæ tantummodo exigi debent, quæ & moderatæ sunt & legibus comprehensæ, quæ discretio in lucro quoque æstimando habenda est.
Si a non competente judice judicatum esse dicatur 48.
De jure Judicis, qui male judicavit vel ejus, qui Judicem vel adversarium corrumpere curavit 49.
Sententiam, in qua ea quæ in sententia esse debent, servata sunt, *rescindi* non posse 50.
De fructibus & litium expensis 51.
De re judicata 52. & ejus effectibus.
De executione rei judicatæ 53.
De usuris rei judicatæ 54.
Si plures una sententia condemnati sunt 55. quomodo fiat in eos sententiæ executio.
Quibus res judicata non nocet 56.
Commentationes, epistolæ, programmata, id est, edicta Judicis contra latitantem proposita, *subscriptiones autoritatem rei judicatæ non habere* 57.
Si ex falsis instrumentis vel testimoniis judicatum sit 58.
De confessis 59. qui habentur pro judicatis.
Inter alios acta vel judicata, extra judicium, *aliis non nocere* 60.
De relationibus 61. a Judice ad Principem faciendis, si quis Judicum dixerit esse referendum ante sententiam ad Principem, nihil pronunciabit.
De appellationibus & consultationibus 62. Appellatio est Jurisdictionis inferioris Judicis per invocationem superioris rite facta suspensio, itque corrigendæ iniquitatis aut imperitiæ in Judicio causa: interdum etiam ad opponendum quod oppositum non fuit, & ad probandum quod non probatum fuit, impeditque executionem primæ sententiæ: consultatio vero hic significat relationem Judicis ad Principem, ut quid statui velit, definiat.
De temporibus & reparationibus appellationum seu consultationum 63. Reparatio hic significat instaurationem lapsi & amissi temporis.
Quando provocare non est necesse 64.
Quarum appellationes non recipiuntur 65.
Si pendente appellatione res interveneret 66.
De his, qui per metum Judicis non appellarunt 67.
Si unus ex pluribus appellaverit 68. sententia in causa appellationis lata pro uno, aliis prodest.
Si de momentanea possessione fuerit appellatum 69.
Ne liceat in una eademque causa tertio provocare, vel post duas sententias Judicum, quas definitis Præfectorum roboraverit, eas retractare 70.
Qui bonis cedere possunt 71. Ut condemnatis per appellationem subveniri potest, ita per bonorum cessionem.
De bonis autoritate Judicis possidendis seu venundandis & de separationibus bonorum 72. petunt enim sæpissime creditores hereditarii bona defuncti sui debitoris separari a bonis heredis adversus creditores ejusdem heredis.
De privilegiis fisci 73. Fisci privilegium est, ut bona fecum contrahentis tacite ei sint obligata, & cæteris creditoribus sæpissime præferatur.
De privilegio dotis 74. circa hypothecam fcil.
De revocandis his quæ in fraudem creditorum alienata sunt 75.

LIB. VIII.

Prætorio.
De interdictis 1. Interdicta erant formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime fiebat, cum de possessione aut quasi possessione, veluti usufructu, servitute, & alio jure corporali agebatur.
Reddontur autem interdicta vel ex causa
Privata, suntque vel
Adipiscendæ possessionis.
Quorum bonorum 2. est adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatum bonorum possessori, id est, ei, qui declaravit apud Magistratum se talem esse, qui possit ac velit jure Prætorio amplecti hereditatem, cujus vis ac potestas hæc est, ut quod ex iis bonis, quorum possessio alicui data est, quisque pro herede aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat.
Pro herede autem possidet, qui falso se heredem putat: pro possessore vero, qui nullo jure aut titulo tenet, occupat hereditatem defuncti. Hoc igitur interdictum mihi competet ad adipiscendam nunc primam possessionem, Quorum bonorum, ex edicto Prætoris mihi possessio data est.
Quorum legatorum 3. Datur hoc interdictum heredi adversus eum qui sua autoritate rem tibi testamento relictam occupavit sine voluntate aut ratihabitione heredis vel bonorum possessoris, quorum interest non ita occupari legata propter detrahendam ex iis Falcidiam.
Recuperandæ.
Unde vi 4. est recuperandæ possessionis interdictum, quod quidem datur ei qui ex possessione fundi vel ædium vi dejectus est: & appellatur, Unde vi, quia his verbis significatur causa propter quam interdictum redditur.
Si per vim vel alio modo absentis pertubata sit possessio 5.
Retinendæ.
Uti possidetis 6. est retinendæ possessionis interdictum, datur cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia fit: & in eo Prætor decernit, ut unusquisque possideat, uti possedit, donec de jure possessionis definiatur. Datur pro rebus fundi vel immobilibus, *Utrubi* pro mobilibus.
Exhibitoria.
De tabulis exhibendis 7.
De liberis exhibendis, seu deducendis & de libero homine exhibendo 8.
De precario, quo dominus rem suam utendam concedit, alteri ejus usum precibus petenti, eique datur adversus eum, qui rem precario datam habet, ut licet res precario data restituatur. *& Salviano interdicto* 9. quo dominus prædii pro conservando jure suo & ne detrahatur pensione, vult adipisci possessionem earum rerum, quæ illi obligatæ pones conductorem multis argumentis suspectum tutæ non sunt, vel quas ad alios jam transtulit. Ob eam causam proposita quoque est actio Serviana, qua quis de rebus coloni, quæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur, experitur, utilius tamen est Salviano uti, quod solum possessionem est adipiscendæ possessionis neque exigit ullam probationem, de jure debitoris, qui rem obligavit: cum alioqui in Serviana docere oporteat rem pignoratam fuisse in bonis debitoris.
De ædificiis privatis 10.
De novi operis nuntiatione 11.
Publicæ.
De operibus publicis 12.
De ratiociniis operum publicorum, & de patribus civitatum 13. cura hujusmodi rationum ad curatorem Reipub. sive patrem civitatis pertinet: non ad Præsidem provinciæ.

De Jure quod in rebus alienis habemus.
De pignoribus & hypotheca 14. pignora autem contrahuntur vel conventione tacita vel expressa, vel ex aliis causis.
In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur 15.
Si aliena res pignori data fit 16.
Quæ res pignori obligari possunt, vel non, & qualiter pignus contrahatur 17.
Qui patiores in pignore habeantur 18. jure suo, ut mulier, prior tempore, Respubl. &c.
De his, qui in priorum creditorum locum succedunt 19. qui alterius beneficio potiores censentur.
Si antichreser creditor pignus vendiderit 20. & ab eo pignus emero, a posteriori creditore conveniri non possum.
Si communis res pignori data sit 21. non potest pignus tenere nisi pro una parte. (datur.
Quomodo ex aliis causis quam ex conventione partium pignus contra-
De Prætorio pignore & ut in actionibus debitorum missa prætoris pignoris procedat 22.
Si in causa judicati pignus captum sit 23.
Si pignus pignori datum sit 25.
De partu pignoris, id est, ancillæ pignoratæ, *& omni causa* 25.
De remissione pignoris 26.
Etiam ab ebirographariam pecuniam pignus teneri posse 27.
De distractione pignorum 28.
Debitorem venditorem pignoris impedire non posse 29.
Si vendita pignora æstatur 30.
De luitione pignoris 31. Luere est soluta pecunia liberare. Unus heredum debitoris partem suam solvens, non liberat pignus.
Si unus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti solverit vel acceperit 32.
Si pignoris conventionem numerato pecunia secuta non fuerit 33. datur ei, cui pecunia non est numerata, actio ad pignus repetendum.
De jure dominii impetrando 34. id evenit, quoties pignus emptorem non reperit, & creditor ob eam causam pignus sibi adjici postulat.
De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda 35. Pactum legis commissoriæ est, ut nisi solvatur intra certum tempus creditori pecunia, pignus illi committatur & ejus sit.

De jure quo actiones civiles, de quibus multa superius diximus, excludimus.
† *De exceptionibus, seu præscriptionibus* 36.
† *De litigiosis* 37. quorum nomine nobis competit exceptio.

De jure, quo negotia & civiles actiones confirmamus, vel tollimus: confirmamus his, quæ sequuntur.
De contrahenda & committenda stipulatione 38.
De inutilibus stipulationibus 39.
De duobus reis stipulandi & promittendi 40.
De fidejussoribus & mandatoribus 41.
Tollitur obligatio multis modis, sed his præsertim qui sequuntur.
De novationibus & delegationibus 42. Novatio est cum interventu novæ personæ, nova nascitur obligatio, & prima tollitur in posteriorem translata. (obligatio.
De solutionibus & liberationibus 43. solutione ejus quod debetur, tollitur
De acceptilationibus 44. acceptilatio ab acceptum ferendo dicitur, eliquæ imaginaria solutio, qua verbis facta obligatio, aliis verbis dissolvitur.

† *De evictionibus* 45.
† *Creditorem evictionem* [*pignoris*] *non debere* 46.

De jure parentum in liberos.
De patria potestate 47.
De adoptionibus 48.
De emancipationibus liberorum 49.
De ingratis liberis 50.
De postliminio reversis & redemptis ab hostibus 51.
De infantibus expositis liberis & servis & de his qui sanguinolentos nutriendos accepere 52.

De jure non scripto.
† *Qua sit longa consuetudo* 53. hic de consuetudinis autoritate, vi & effectu traditur.
De donationibus 54.
De donationibus, quæ sub modo vel conditione vel certo tempore conficiuntur 55.
De revocandis donationibus 56.
De donationibus causa mortis 57.
De inofficiosis donationibus, pœna cœlibatus olim erat in viris vel mulieribus ex leg. Julia & Papia, ne quid ad eos ex aliorum testamentis transmitteretur, nisi intra 100. dies matrimonium contraherent, *orbitatis*, orbus liberis ex testamento plus quam semissem capere non poterat, alias fisco cedebat, & [*de*] *decimariis sublatis* 58. per legem enim Papiam statutum erat, ut decima pars eorum quæ relinquebantur uxori a viro vel e converso fisco applicaretur, si non essent liberi ex eo matrimonio: hodie si quid alter alteri reliquit, solidum capere poterit æque ac si filium superstitem haberet vel amissum.
De jure liberorum 59. ut conjuges ex testamento inter se solidum caperent, requirebatur ut liberos suftulissent: postea jus tot liberorum, quot sufficiebant ad obtinendam aliis capacitatem, a principibus petii & impetrari solitum fuit per eos, qui neque liberos haberent neque amisissent, ut ita solidum conjugum alter ab altero consequeretur: quod jus omnibus hoc tit. concessum est, ut a nemine post hac jus liberorum peti debeat.

LIB. IX.

De criminalibus judiciis: nam superius lib. 2. de civilibus egimus.
De his qui accusare non possunt 1.
De accusationibus & inscriptionibus 2. Jura civilia nolunt quemquam admitti ad accusandum de crimine, nisi prius se obstrinxerit ad subeundam pœnam, cui accusatus victus subjicietur, si succumbet Judicio. Quæ obstrictio vocatur inscriptio. incumbere autem est accusationi subscribere, sumnque nomen libello accusationis adscribere: item nisi datis fidejussoribus de lite prosequenda caverit: quod hodie non ita observatur. Inquisitio vero fit, quando Judex ex suo officio de crimine alicujus inquirit.
De exhibendis & transmittendis reis 3. ut sc. exhibeantur, quo accusari & lis contestari cum his possit, & remittantur ad proprium forum, in quo crimen admiserunt.
† *De custodia reorum* 4.
De privatis carceribus inhibendis 5.
Si reus vel accusator mortuus fuerit 6. pendente accusatione: accusatio tamen non est abolita quoad cæteros, qui ejusdem criminis postulati sunt.

Species.
Si quis Imperatori maledixerit 7.
Ad leg. Julium majestatis 8. Majestatis rei sunt, qui & Principis & reipublicæ caput & statum labefactare conantur.
Ad leg. Juliam de adulteriis & stupro 9.
Si quis eum, cujus tutor fuerit, corruperit 10.
De muliebribus, quæ se proprios servos juxerunt 11.
Ad leg. Julium de vi publica & privata 12.
De raptu virginum, viduarum, necnon sanctimonialium 13.
De emendatione servorum 14.
De emendatione propinquorum 15.
Ad leg. Cornelium de sicariis 16.
† *De his, qui parentes vel liberos occiderunt* 17.
De maleficis & mathematicis & cæteris similibus 18. appellatione mathematicorum non sunt accipiendi, qui fiderum motus, positiones, & qui ex iis sequantur effectus & influxus inquirunt: sed qui præscientiam futurorum sibi arrogant ex observationibus potius superstitionis quam probabilibus: quales sunt magiæ professores.
De sepulcro violato 19. sepulcrum violat, qui illud deformat aut ex eo aliquid surripit.
Furtorum genera.
Ad legem Fabiam de plagiariis 20. Plagiarii sunt, qui sine vi, dolo malo scientes abducunt ingenuos aut liberos homines, & vendunt pro servis aut supprimunt, vel qui servos aliorum subducunt, & fugam pertiadent, aut fugitivos celant: hujus pœna est capitalis.
Ad leg. Juliam Viscellam 21. qua libertinæ conditionis homines prohibentur honores & dignitates ingenuorum usurpare, nisi jus aureorum annulorum a Principe impetraverint.
Ad leg. Cornelium de falsis 22. Falsarius is est, qui imitatione veri compendium sum alicrius dispendio per dolum quærit.
De his, qui sibi adscribunt in testamento 23.
De falsa moneta 24. nam & ipsarum rerum depravatione falsum committitur. Cæterum monetam corrumpentis pœna est concremantio.
De mutatione nominis 25. in alterius fraudem.
Ad legem Julium de ambitu 26. qua coërcetur eorum ambitio, qui pecunia suffragia sibi comparant ad obtinendas dignitates.
Ad legem Julium repetundarum 27. qua pinguntur hi, qui prætextu publicæ potestatis amplius quiddam quam nisi jure debetur per commissionem extorquunt: quæ pecuniæ ab iis repeti possunt, & Concussores appellantur.
De crimine peculatus 28. quo tenentur qui publicas pecunias surripuerunt.
De crimine sacrilegii 29. hujus pœna capitalis.
De seditiosis, & de his, qui plebem contra Rempubl. audent colligere 30.

Quando civilis actio criminali præjudicet, & an utraque ab eodem exerceri possit 31.
De crimine expilatæ hereditatis 32. id est, rei quæ sine domino est, pœna arbitraria est.
Vi bonorum raptorum 33.
De crimine stellionatus 34. quo tenetur is, qui rem aliquam pluribus pignorat & cæt. hoc crimine notantur delinquentes, ubi specialis titulus criminis deficit: hujus pœna est extraordinaria.
De injuriis 35. quidquid in alterius contemptum fit, injuriam vocamus. fit autem injuria, re, verbis, literis, affectu: æstimatur, & crescit pro ratione personarum: diffimulatione tollitur.
De famosis libellis 36. si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen aut historiam ixripserit, compoluerit, ediderit, vel dolo malo fecerit, quo quid eorum fieret, injuriam fecisse dicetur.
De abigeis 37. quo crimine tenetur is, qui ex pascuis animalia abigit vel surripit.
De Nilo aggeribus non rumpendis 38. quia Nilo flumine agros suos irrigant Ægypti; pœna ustulationis in eum lat. est, qui Nili aggeres ruperit.
De his qui latrones, vel aliis criminibus reos occultaverint 39. pari pœna puniuntur criminis rei corumque receptores.
De requirendis reis 40. absentibus fcil. qui si citati non comparent, bona eorum annotabuntur.
De quæstionibus 41.
De abolitionibus 42. Abolitio est venia omittendæ accusationis, quam petit accusator a Judice, in cujus officio accusationem instituit: alias accusatores ab accusatione desistentes incidunt in Turpillianum, alii ita definunt, ut fit Abolitio accusationis instituæ per sententiam interlocutoriam peremptio.
De generali abolitione 43. quæ fcil. fit vel a Principe vel ratione cujusdam solemnitatis, abolitione non infamia criminis tollitur, sed pœna.

Ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur 44.
Ad SC. Turpillianum 45. quo tenetur is, qui non cunctatione aut negligentia, sed quidam animi destinatione ab accusatione desistit.
De Calumniatoribus 46. Calumniator is est, qui falsa crimina scienter alicui objicit.
De pœnis 47.
Ne sine jussu Principis certis Judicibus liceat confiscare 48.
De bonis proscriptorum seu damnatorum 49.
De bonis eorum qui sibi mortem consciverunt 50.
De sententiis passis & rescissis 51.

PRÆFATIONES CODICIS TRES.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER PRIMUS.

DE NOVO [1] CODICE [2] FACIENDO.

Imperator Justinianus Augustus ad Senatum urbis Constantinopolitanæ.

HÆc, quæ necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in præsenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis censuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem constitutionum, quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano [3], atque Theodosiano [4] continebantur, illarum etiam quæ post eosdem codices a Theodosio divinæ recordationis, aliisque post eum retro Principibus, & a nostra etiam clementia positæ sunt, rescindenda: uno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quam [5] novellas post eos positas constitutiones oportet. §. 1. Ideoque ad hoc maximum, & ad ipsius reipublicæ sustentationem respiciens opus efficiendum, elegimus tanto fastigio laborum, tantæque sollicitudini sufficientes, *Joannem* virum excellentissimum exquæstore dari nostri palatii, consularem atque patricium: *Leontium* virum sublimissimum magistrum militum expræfecto prætorio, consularem atque patricium: *Phocam* virum eminentissimum magistrum militum, consularem atque patricium: *Basilidem* virum excellentissimum expræfecto prætorio Orientis, atque patricium: *Thomam* virum gloriosissimum, Quæstorem facri nostri palatii & exconsule: *Tribonianum* virum magnificum, magisterii dignitate *inter agentes* decoratum: *Constantinum* virum illustrem, comitem sacrarum largitionum inter agentes, & magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum: *Theophilum* virum clarissimum, comitem facri nostri consistorii, & juris in hac alma urbe doctorem: *Dioscorum*, & *Præsentinum*, disertissimos togatos fori amplissimi prætoriani. §. 2. Quibus specialiter permisimus (refecatis tam supervacuis quantum ad legum soliditatem pertinet, præfationibus, quam similibus, & contrariis, prætrequam si juris alia divisione adjuventur: illis etiam quæ in desuetudinem abierunt) certas & brevi sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus, & novellis constitutionibus leges componere, & congruis titulis subdere, adjicientes quidem & detrahentes, imo & [6] mutantes verba earum ubi hoc rei communditis exigeret: colligentes vero in unam sanctionem, quæ variis constitutionibus disperfa sunt, & sensum earum clariorem efficientes: ita tamen, ut ordo temporum earum constitutionum non solum ex adjectis diebus consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum claresceat, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis: & si quæ earum fine [7] die & consule in tribus veteribus codicibus, vel in quibus novellæ constitutiones receptæ sunt, inveniantur: ita his ponendis nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda, sicut & illas vim generalis constitutionis obtinere palam est, quæ ad certas personas re-

1 Ad differentiam Gregoriani, Hermog. & Theodosiani, est tamen vetus, habita ratione ad eum, quo nunc utimur, de quo *infr.* 2 Prudentes responsa sua chartis aut membranis solebant conscribere, Constitutiones vero & rescripta Codicibus & pugillaribus chartaceis, ligneis, æneis, vel eburneis moris erat perscribi, quæ postea in scrinis memoriæ & dispositionum servabantur. Eo factum est, ut liber constitutionum potius Codicis, quam membranarum nomen obtinuerit. *Cujac.* 3 Hi duo Codices nominantur ab autore, prior Codex ab Adriano ad Valerianum, secundus a Claudio ad Diocletianum latas leges continebat. 4 A Theodosio Imp. in eo Codice leges Constantini ad Theodosium erant. 5 Constitutiones a Theodosii temporibus ad suum seculum latas intelligit. 6 Contius 1. *lect.* 9. non verba, sed autores legum mutatos notat, quum a Justiniano eversam Theodosii legem, de interdictis consobrinarum nuptiis; & Arcadio falso adscripti *l.* 19. *C. de nupt.* traxit. adde quæ de iisdem Triboniani scripsi ad *l.* 5. §. 2. *ff. de præscr. verb.* 7 Vid. quæ notavi ad *l.* 4. *C. de diversis rescript.*